

Kirchliches Verordnungs-Blatt

für die

Lavanter Diocese.

Inhalt. 9. Antwortschreiben Sr. Heiligkeit Papst Leo XIII. auf die Adresse des österreichischen Episcopates. — 10. Adresse des österreichischen Episcopates an Se. Heiligkeit Papst Leo XIII. anlässlich seines 60jährigen Priesterjubiläums. — 11. Neue Statuten für das Gebetsapostolat. — 12. Empfehlung des „Voditelj“. — 13. Übereinkommen rüchichtlich der Herstellung und des Vertriebes der neuen Katechismen. — 14. Ausschreibung von Prämien für Religionsbücher an Mittelschulen. — 15. Verordnung der Ministerien des Innern und für Cultus und Unterricht, betreffend den Austausch von Matrifenauszügen zwischen Oesterreich und Ungarn. — 16. Pastoral-Conferenz-Fragen pro 1898. — 17. Theologische Fragen pro 1898. — 18. Pfarconcurrs-Prüfungen. — 19. Knabenfeminars-Rechnung und Ausweis. — 20. Abholung der hl. Öle. — 21. Diöcesan-Nachrichten.

9.

Antwortschreiben Sr. Heiligkeit Papst Leo XIII. auf die Adresse des österreichischen Episcopates.

**Dilectio Filio Nostro Francisco de Paula Tit. SS. Joannis et Pauli S. R. E. Presb. Card.
Schönborn Archiepiscopo Pragensi Pragam.**

LEO PP. XIII.

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam benedictionem. — Ecclesiae catholicae decus et ornamentum est, quo intuentium animus admiratione ac iucunditate percillitur, quod Episcopi, perque eos universus fidelium coetus, Sedi Apostolicae tam arete iunguntur, ut, quidquid capiti usuvenit, id membra omnia sibi veluti proprium habeant ac persentiant. — Quam coniunctionem pro parte vestra luculenter admodum probastis, qui sexagesimum Natalem sacerdotii Nostri minime migrandum duxistis, quin laetitiam Nostram gratumque in Deum animum communicaretis. Litteras, quas ideirco tu, Dilecte Fili Noster, ceterique Archiepiscopi et Episcopi in Imperio Austriaco dedistis, dileximus cummaxime. Quas quidem eo gratiores longe habuimus, quod ita vos informatos ex-

hiberent, ut, quae Nos docuimus et commendavimus, ea exsequi strenue contendatis. Nimium sane refert, ut precandi studium in plebe christiana excitetur in dies acrius et foveatur. Nec minoris momenti est, ut religiosae puerorum institutioni strenue intendatur, secundum litteras „*Militantis Ecclesiae*“, quas Kalendis Augusti superioris anni ad vos conscripsimus. Proposita igitur vestra laudamus libentes simulque de delato officio gratias habemus. Quo autem benevolentiam Nostram testemur, Apostolicam benedictionem, auspiciem divinorum munerum, tibi ceterisque in austriaco imperio Antistitibus nec non fidelibus cuique vestrum creditis amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XII Januarii MDCCCXCVIII, Pontificatus Nostri anno vicesimo.

Leo P. P. XIII. m. p.

10.

Adresse des österreichischen Episcopates an Se. Heiligkeit Papst Leo XIII. anlässlich seines 60jährigen Priesterjubiläums.

Beatissime Pater!

Festivissima causa laetitiae incidit nobis, Sanctissime Pater, cogitantibus de sexagesimo anniversario Ordinationis Tuae deque Sacro, quod primo litasti. Tibi enim concessit benignissimus Deus, quod sane perrarum est, ut in Sacerdotio annos sexaginta expleres; nos autem gratanter recolimus diem initiationis Tuae sacerdotalis, qui Tibi qui-

dem optimis auspiciis arrisit, toti vero Ecclesiae felix faustusque fuit. Quando enim impletae sunt manus Tuae unctaeque oleo sancto, factumque est Tibi testamentum aeternum fungi sacerdotio, offerre sacrificium, incensum et bonum odorem,¹ quid ea omnia portenderent, ignorabatur, at gradus et via erant, quibus Te Deus arcano, adorabili

¹ Eccli. XLV. 18—20.

consilio ad summi Pontificatus apicem praeparabat. Ignorabant homines, — quis enim occultos divinae sapientiae thesauros intueri possit? — sed elegerat Te Deus ex omni carne, ut fores in Sede Petri veluti alter Moyses dilectus Deo et hominibus, quem similem faceret in gloria Sanctorum et magnificaret in timore inimicorum, et in verbis Tuis monstra placaret, glorificaretque Te in conspectu regum et daret coram praecepta et legem vitae et disciplinae.¹

Et re quidem vera isti praestantissimo officio divinitus collato nusquam dees, dum mira sedulitate totius orbis Ecclesiis prospicis, praecepta vitae et disciplinae confers, pericula pro re nata praecaves. Nulla est vel remotissima pars mundi, quae Tuam sollicitudinem tam vigilem non experiatur, ac si ea sola Tibi cordi esset; ipsi vero ita Tibi in conspectu sumus tantaque diligentia a Te foveri sentimus, ac si omnem curam in nos unice impenderes.

Inter nuperrima signa paternae providentiae Tuae grato libentique animo recepimus salutaria hortamenta, quae continentur in Litteris datis Kalendis Augusti huius anni.² Ibi scilicet de institutione christianae iuventutis praeclare disserens, de qua b. Petrus Canisius meritissimus fuit, auream sententiam profers, experientia heu nimis comprobata, Deo sublato nihil posse adolescentes in officio continere aut a recta virtutis semita devios et in vitia praecipites revocare. Religionem itaque ab adolescentium educatione amandare, nefas est; et apud nos quidem religio a scholis non exulat; sed alte menti insidet, quod merito subiungis, necesse esse non modo certis horis religionem doceri, sed reliquam institutionem omnem christianae pietatis sensus redolere, maximeque cavendum, ne, illud quod caput est, iustitiae cultus ac pietatis secundas partes obtineat. In hanc Tuam sententiam, Beatissime Pater, omnino concedimus, Tibique plane consentimus; nihil namque dici poterat verius, utilius rebusque praesentibus accommodatius. Etenim ista sapientissima regula a moderna institutione ferme extorris est; religionem nimirum ut aliam quamvis disciplinam tradi, penes nos nihil vetat; ast eam principem locum tenere seu disciplinis ceteris praelucere easque medullitus pervadere, id nolunt. Qua quidem in re operam nostram conferre identidem connisi sumus, ut scilicet et ampliori christianae institutioni et pietati, ubi opus erat, locus fieret; nunc vero, Tuo consilio et auctoritate freti, impensiores pro viribus curas adhibemus.

Sed et alia res est, in qua Tua sive exempla sive documenta iucunda et perutilia sectari propositum est. Pro singulari nimirum sapientia et pietate, imo certe divino instinctu censuisti, omnem curam a Te in id ponendam esse, ut spiritum orationis in Ecclesia universa excitares,

¹ Ib. XLV. 1. et sequ. — ² „Militantis Ecclesiae“.

foveres, amplificares. Enimvero Ecclesiam nascentem et e coenaculo prodeuntem afflavit uberrime et aluit Spiritus Domini, replevitque exiguum discipulorum numerum perseverantem unanimiter in oratione cum Maria Matre Jesu;¹ ast quando unquam tantopere ac hodie largissimo afflatu Spiritus sancti indiguit mundus? Languescit quippe totus; pars autem maior abripitur „spiritibus erroris et doctrinis daemoniorum et cauteriatam habentium suam conscientiam“;² quibus malis ille unus mederi potest, qui in coenaculo discipulis allapsus adimplevit, quod olim per prophetas sponderat: „Dabo legem meam in visceribus eorum, et in mentibus eorum superscribam eam.“³ Hanc ob rem supplicationes et cultum ampliorem in Spiritum sanctum indixisti;⁴ nunc vero utinam Pater Optimus emittat Spiritum suum, et renovet faciem terrae fatiscientis!

In hac porro quam suspiramus affluentia Spiritus sancti impetranda, indubium est, plurimum posse Beatissimam Virginem, Spiritus sancti sponsam; ideoque in cohortationibus ad cultum et venerationem Deiparae edendis totus fuisti. Ut alias saepe, id paulo antea a Te factum est, addita commendatione Sodalitatum a Rosario Mariali necnon perpetuae ingeminationis precum earundem. Ut enim sol in orbem devehitur, pulcherrimum fore cognovisti, si in terris, quae primo reidente luce illustrantur, quasque radii solis occidui labente die salutant, laudes Marianae iugi successione personent; nec irritas esse posse dixisti laudes et preces, „quae ex ingenti multitudinis ore ac pectore expressae, nunquam conticescant.“⁵

Et ista quidem oracula, Beatissime Pater, a Te sapientissime et pietissime prolata, multo cum gaudio suscipimus, iisque nos et res nostras conformare studiose cupimus; atque ut id fiat, Tuae Benedictionis praesidium postulamus. Non possumus autem quin Tibi, mox redeunte anno sexagesimo, affiatim e corde penitissimo gratulemur, quod tam longam aetatem in sacerdotio gerendo feliciter protuleris, Tuo non minus quam Ecclesiae totius beneficio; qua de re gratias Deo reddimus plurimas, quum autem ipse dies novabitur, reddemus cumulatissimas. Simul vero, quod nostra et Ecclesiae universae admodum interest, Deum benignissimum precamur, ut Te quam diutissime servet sospitemque faciat; imo — istud quoque a Rege saeculorum immortaliter petere et expectare fas est — vehementer efflagitamus, ut in saeculum proxime instans non alio quam Te duce, magistro christianique gregis supremo rectore ingredi liceat.

Viennae in Austria, 25. Novembris 1897.

¹ Act. I. 14. — ² I. Tim. IV. 1. 2. — ³ Jerem. XXXI. 31. — Hebr. X. 16. — ⁴ Litt. apost. „Divinum illud“ 9. Maii 1897. — ⁵ Epist. encycl. „Augustissimae Virginis“. 12. Sept. 1897.

Franciscus de Paula Cardinalis de Schönborn,
Archiepiscopus Pragen.

Antonius Iosephus Cardinalis Gruscha, Archi-
episcopus Viennen.

Georgius Cardinalis Kopp, Episcopus Vratislaven.

Silvester Cardinalis Sembratowicz, Archiepiscopus
Leopolien. Ruthenorum.

Ioannes Evang. Cardinalis Haller, Archiepiscopus
Salisburgen.

Fulgentius, Archiepiscopus, Episcopus Pharen.

Isaac Nicolaus, Archiepiscopus Leopolien. Armenorum.

Severinus, Archiepiscopus Leopolien. Latinorum.

Gregorius, Archiepiscopus Iadren.

Theodorus, Archiepiscopus Olomucen.

Lucas, Episcopus Premislien. Latinorum.

Ignatius, Episcopus Tarnovien.

Emmanuel Ioannes, Episcopus Litomericen.

Franciscus Sal., Episcopus Brunen.

Simon, Episcopus Brixinen.

Iacobus, Episcopus Labacen.

Ioannes Bapt., Episcopus Parentin. et Polen.

Martinus Iosephus, Episcopus Budvicen.

Ioannes, Episcopus Cracovien.

Eugenius Carolus, Episcopus Tridentin.

Iosephus, Episcopus Gurcen.

Franciscus Maria, Episcopus Lincien.

Michaël, Episcopus Lavantin.

Philippus, Episcopus Spalaten. et Macarscen.

Iulianus, Episcopus Stanislaopolitan. Ruthenorum.

Colomannus, Episcopus Tricalen., apostolicus Vicarius
castrensis.

Iosephus Gregorius, Episcopus Ragusin.

Eduardus Ioannes N., Episcopus Reginae-Hradecen.

Leopoldus, Episcopus Seccovien.

Ioannes Bapt., Episcopus S. Hippolyti.

Andreas Maria, Episcopus Tergestin. et Iustinopolitan.

Matthaeus, Episcopus Sebenicen.

Franciscus, Episcopus Catharen.

Constantinus, Episcopus Premislien, Sanachien. et Sam-
borien. Ruthenorum.

Antonius, Episcopus Veglen.

11.

Apostolatus Orationis.

Nova statuta piae societatis Apostolatus Orationis.

I. **Apostolatus Orationis** est pia Societas, quae Apostolicum munus divinae gloriae et animarum salutis promovendae exercet Oratione, sive mentali, sive vocali, et aliis etiam piis operibus, quatenus impetratoria sunt et Sanctissimum Iesu Cor nobis conciliare possunt ad praedictum finem assequendum. Quare licet Apostolatus Orationis quaedam cum aliis piis Societatibus, ex. gr. SS. Cordis Iesu, et Rosarii viventis, communia habere videatur; tamen ab iis omnibus tum fine, qui maxime universalis est, tum mediis peculiaribus, quibus utitur, prorsus distinguitur.

II. Tres sunt huius Apostolatus gradus pro operum varietate, quae exercere curat, unde triplex sociorum ordo. Primus gradus (qui essentialis est et omnibus sociis communis) ab iis constituitur, qui quotidie certa quadam formula suas preces omnes, actiones et aerumnas Deo offerunt una cum Sanctissimo Corde Iesu et in eos omnes fines, ob quos Dominus Noster assidue interpellat, et se in sacrificium offert pro nobis. Unde amor et devotio erga Sanctissimum Iesu Cor valde propria est sociorum omnium qui Apostolatu Orationis accensentur; siquidem devotio haec, licet non constituat finem Societatis, medium est omnium validissimum et prorsus singulare, unde et socii omnes, exemplo Sanctissimi Iesu cordis permoti, ad orationis studium impensius excitentur, et oratio ipsa, una cum eodem Sanctissimo Corde peracta,

efficacior evadat, et intentum finem gloriae divinae promovendae assequatur.

Est igitur Apostolatus Orationis Societas ab Archiconfraternitate Sanctissimi Cordis Iesu plane distincta, et ideo Societates, Ecclesiae, iique omnes qui sese huic Pio Operi adscribere minime censeantur in posterum adscripti etiam Archiconfraternitati Sanctissimi Cordis Iesu, Romae erectae in templo S. Mariae de Pace, nisi in eandem Archiconfraternitatem ab eius Moderatore rite recepti fuerint.

III. Alter gradus est eorum qui, praeter illa quae primi gradus propria sunt, idest praeter orationem, qua sibi conciliant Sanctissimi Cordis intercessionem apud Patrem ut gloria divina promoveatur, alias etiam preces fundunt ad B. Virginem Mariam, ut potentissimae Matris opem implorent, et eandem in hoc pium opus salutis animarum procurandae adiutricem sibi adsciscant. Hi scilicet singulis diebus semel precantur „Pater noster“ cum decem „Ave Maria“ ad eam intensionem quae initio cuiusque mensis iisdem indicata, per Romanum Pontificem approbata, quin tamen ideo censeri possint adscripti Pio Operi Rosarii viventis, neque legibus adstringantur, quibus id regitur, hoc est ut mysterium sorte sibi attributum inter precandum meditentur, et in turmas distribuantur quae quindecim sociis singulae constant.

IV. Tertius gradus iis constituitur qui, opera saltem primi gradus exercentes, impedimenta praeterea remove curant, ne preces nostrae pro salute animarum ad Deum fusae effectu fraudentur. In eum finem singulis mensibus vel hebdomadis, ad normam Brevis die 10. Febr. 1882 dati, Communionem Reparatricem paragunt, qua Sanctissimum Iesu Cor peccatis hominum ad iram provocatum placare et precibus nostris propitium reddere contendunt. Quare hi omnes qui tertio huic gradui adscribuntur, et praedictam Communionem secundum normas pro Pio Opere Communionis Reparatricis stabilitas peragunt, huius associationis membra constituuntur, eiusdemque indulgentias lucrantur.

V. Pariter quamvis Pia Sodalitas, ab „Hora Sancta“ nuncupata, diversa sit a „Pia Societate Apostolatus Orationis“, tamen omnibus sociis Apostolatus Orationis, qui pium exercitium ab „Hora Sancta“ dictum rite peragunt ut Sanctissimum Iesu Cor iniuriis hominum laessitum placent, nostrique precibus benignum reddant, integrum est gratias omnes spirituales sibi comparare quae illis, hoc pium exercitium peragentibus, conceduntur Rescripto Pii IX, die 13 Maii 1875, et Brevi Leonis XIII, die 30 Martii 1886. Sed alia pia opera Apostolatus adiicere nemini fas erit, integris tamen perstantibus facultatibus, quibus locorum Ordinarii, pro sua quisque Dioecesi, gaudent.

VI. Christifideles in piam hanc Societatem adsciti qui, prae ceteris pietati dediti, singulari flagrant animarum studio, adeoque Zelatrices dicuntur, omni ope contendant ut magis in dies divina gloria, animarum salus et cultus Sanctissimi Cordis Iesu secundum Apostolatus Statuta, provehantur. Idcirco statutis temporibus simul convenient,

ut de iis omnibus statuatur quae ad hunc finem procurandum magis conferre videantur.

VII. Sedes princeps seu Centrum Societatis constitutum est Tolosae. Moderator vero Generalis est ipse Praepositus Generalis pro tempore Societatis Iesu, qui munus suum delegare potest alii a se deligendo, qui Tolosae resideat.

VIII. Praeter Moderatorem Generalem, erunt quoque Moderatores Dioecesani, qui designandi sunt ab Ordinatore Generali, quem ipse Praepositus delegaverit Tolosae. Directores autem singularum Societatum constituentur, approbante Ordinario, a Moderatore Dioecesano. Tum Moderatores Dioecesani, tum Directores singularum Societatum Ordinario subiicientur etiam in iis omnibus quae ad praedicta opera pertinent; iis exceptis quae spectant ad Statuta ab Apostolica Sede approbata.

IX. Ad socios adlegendos satis est, Directores singularum Societatum inscribere eorum nomina in libro indice ecclesiarum vel locorum piorum, ubi Apostolatus institutus est, et tesseras distribuere; quin necesse sit Catalogum Centro principi transmittere.

X. Indulgentiae ceteraeque gratiae praedictis Apostolatus Operibus a Summis Pontificibus hucusque concessae, vel extensae, in suo robore maneat.

S. C. Em. et Rev. S. R. E. Card., negotiis et consultationibus Ep. et Reg. praeposita, Statuta, de quibus supra, benigne approbavit et confirmavit.

Datum Romae, ex Secretaria eiusdem S. Congregationis, die 11 Julii 1896.

(L. † S.)

I. Card. Verga, Praefectus.

A. Trombetta, Pro-secretarius.

12.

Empfehlung der theologischen Zeitschrift „Voditelj“.

Der hl. Vater Papst Leo XIII. sprach beim Empfange der römischen Collegien am 18. Jänner 1885 nachstehende Worte: „Grande et sacrosanctum sacerdotale munus, cui vos, Deo adspirante, proluditis.“ Sodann ermunterte Er die Anwesenden angesichts der Schwierigkeit der Zeitlage ja nicht die zuversichtliche Hoffnung auf den Sieg der guten Sache zu verlieren. „Cessuri quippe aliquando sunt errores veritati: freta Deo, ad immortalitatem nata, omnes inimicorum conatus invicta et sospes eludet Ecclesia.“ Um aber diesen Umschwung desto eher herbeizuführen, wird man nicht über Bosheit und Verblendung unfruchtbare Klagen führen, sondern man wird unverdrossen arbeiten. „Verumtamen in tam formidolosa hostium conspiratione, Clerus omnis victoriam nomini catholico deperaturus, descendat in aciem opus

est, duasque res afferat magnopere necessarias, cognitionem scientiarum eamque minime vulgarem et animum pro salute communi fortia facere et pati paratum.“

Für Zaghaftigkeit findet sich im Heerlager der hl. katholischen Kirche kein Platz. „Dixit Dominus ad Gedeon: ... Loquere ad populum et cunctis audientibus praedica: Qui formidolosus et timidus est, revertatur. Recesseruntque de monte Galaad, et reversi sunt de populo viginti duo millia virorum, et tantum decem millia remanserunt.“ (Jud. 7, 3).

Über die Erweckung der Tochter des Jairus berichtet uns der hl. Evangelist so schön: „Adhuc eo loquente, veniunt ab archisynagogo, dicentes: Quia filia tua mortua est; quid ultra vexas Magistrum. Iesus autem audito verbo,

quod dicebatur, ait archisynagogo: Noli timere; tantummodo crede. Et non admisit, quemquam se sequi, nisi Petrum et Iacobum et Ioannem, fratrem Iacobi. Et veniunt in domum archisynagogi, et videt tumultum, et flentes et eiulantes multum. Et ingressus ait illis: Quid turbamini, et ploratis? Puella non est mortua, sed dormit. Et irridebant eum. Ipse vero eiectis omnibus assumit patrem et matrem puellae, et qui secum erant, et ingreditur, ubi puella erat iacens. . . Et confestim surrexit puella.“ (Marc. 5, 35—42).

Welches Mittel soll aber angewendet werden, wenn wir mit dem Apostel rufen wollen: „Hora est iam nos de somno surgere.“ (Rom. 13, 11). Der heilige Vater gibt daselbe in Seinem an die hochwürdigsten Erzbischöfe und Bischöfe des Kaiserthums Oesterreich gerichteten Schreiben „In ipso supremi Pontificatus“ vom 3. März 1891 an, indem er sagt, es solle den Ordinarien besonders die Sorge für die wissenschaftliche Bildung des Clerus am Herzen liegen. „Cleri instituendi excolendique cura, qua nulla Episcopo maior neque uberior, suum in consultationibus locum habebit; quemadmodum disciplina et rectio clericorum sacris in seminariis ad Tridentinas exigenda normas, quibusnam praecipue rebus colenda in eis pietas et generosa virtus, quae nam maioribus doctrinis, ut congruenter temporibus floeant, incitamenta adicienda, in omni clero quae nam ad ampliora animarum luera sint providenda.“

Zuerst muß also der Clerus selbst auf einer hohen Stufe der Wissenschaft und erbaulichen Frömmigkeit stehen, damit sogar die Gegner der Kirche nicht anders als mit Bewunderung und Verehrung zu demselben aufzublicken imstande sind. Dann erst kann man getrost weiter gehen.

„Quod attinet“, so schreibt der hl. Vater weiter, „ad greges fidelium tam multis in periculis insidiisque versantes permagni intererit varia provehi subsidia quae ipsis esse usui possint: de divinis rebus conciones et catecheses, ad homines, aetates, locos bene appositas; pias laicorum non in uno genere sodalitates, quas probet laudetque Ecclesia; inviolatam festorum custodiam et religionem; ea quoque vel instituta, vel opera, unde fidelibus, inventuti inprimis, cautiones suppetant a pravitate et corruptela, et unde sacramentorum saluberrima consuetudo

increbrescat; denique libros, diaria, similia in vulgus data, quae ad fidei defensionem faciant morumque disciplinam.“

Die zweite Lavanter Diöcesan-Synode vom Jahre 1896 verordnet: „Vehementer etiam cum Sanctissimo Domino Leone XIII. (Litt. enc. de die 4. Febr. 1884; de die 10. Ianuarii 1890; de die 17. Iunii 1885) optamus, ut huiusmodi foliis et clerus benigne faveat suaeque afferat doctrinae praesidia, et viri, quotquot reapse sunt catholici, omnem gratiam bonamque pro viribus et facultate opem largiantur.“ (Gesta et statuta Syn. dioec. anno Domini 1896 celebratae. Marburgi, 1897. Pag. 263).

Damit nun diese Bestrebungen immer mehr zunehmen und in Verfolgung des einen erhabenen Zieles, der Vertiefung der Wissenschaft und der Frömmigkeit im Clerus, und dadurch auch der Ermöglichung einer gedeichlicheren Pastorierung, die nöthige Einheit gewahrt werde, ist mit Vorwissen des F.-B. Ordinariates von seiten mehrerer Mitglieder des Professoren-Collegiums der Lavanter theologischen Diöcesan-Lehranstalt ein theologisches Fachblatt gegründet worden, das den Namen „Voditelj“ führen und viermal im Jahre je vier Bogen stark erscheinen soll.

Der „Voditelj“ wird alle Felder des theologischen Wissens pflegen, aber immerhin besonders darauf bedacht sein, daß er sich den hochwürdigen Seelsorgern der Lavanter Diöcese nützlich erweise. Die erste Nummer des Blattes erscheint Ende des Monats März und sieht die Redaction der Einlieferung der für diese erste Nummer bestimmten Manuscripte bis Ende Februar entgegen. Der Pränumerationspreis beträgt 1 fl. 20 kr. pro Jahrgang.

Handschriften und Pränumerationen wolle man unter der Adresse des hochwürdigen Herrn Franz Kovacic, Doctor der Philosophie, prov. Professor der Fundamental-Theologie und der Philosophie an der theologischen Diöcesan-Lehranstalt, einsenden.

Das F.-B. Ordinariat gibt sich der Hoffnung hin, daß recht viele, ja daß alle Diöcesanpriester das sehr lobwürdige Unternehmen durch wissenschaftliche Beiträge und durch Abnahme des Blattes lebhaft unterstützen werden. „Labia enim sacerdotis custodient scientiam, et legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est.“ (Malach. 2, 7).

13.

Übereinkommen,

abgeschlossen zwischen dem F.-B. Lavanter Ordinariate und der Central-Direction der k. k. Schulbücher-Verläge rücksichtlich der Herstellung und des Vertriebes der Katechismen.

Die wohlwöbliche Central-Direction der k. k. Schulbücher-Verläge hat unter dem 4. December 1897, Z. 1510 folgende Zuschrift anher gerichtet:

„Unter Bezugnahme auf die geschätzte Zuschrift vom 27. September l. J., Z. 3256, beehrt sich die gefertigte Centraldirection dem hochwürdigsten Ordinariate mitzutheilen,

dass das hohe Ministerium für Cultus und Unterricht mit dem Erlasse vom 19. November l. J., Z. 28690 das seitens der Central-Direction mit dem hochwürdigsten Ordinariate vereinbarte Übereinkommen, betreffend die Herstellung und den commissionsweisen Vertrieb der von dem hochwürdigsten Ordinariate in deutscher Sprache herauszugebenden, vom Gesamt-Episcopate approbierten Katechismen der katholischen Religion durch den Wiener k. k. Schulbücher-Verlag genehmigt hat.

Ein Exemplar dieses Übereinkommens folgt in der Auflage mit.“

Das bezogene Übereinkommen lautet:

„Übereinkommen,

abgeschlossen zwischen dem hochwürdigsten Fürstbischöflichen Lavanter Ordinariate in Marburg und der Central-Direction der k. k. Schulbücher-Verlage namens des Wiener k. k. Schulbücher-Verlages rüchichtlich der Übernahme der Herstellung und des commissionsweisen Vertriebes der mit Approbation des österreichischen Gesamt-Episcopates vom 9. April 1894 herausgegebenen Katechismen durch den k. k. Schulbücher-Verlag in Wien.

(Genehmigt mit Erlaß des hohen k. k. Ministeriums für Cultus und Unterricht vom 19. November 1897, Z. 28690.)

§ 1.

Der Wiener k. k. Schulbücher-Verlag verpflichtet sich, den von dem hochwürdigsten Fürstbischöflichen Lavanter Ordinariate in deutscher Sprache herauszugebenden, mit Approbation des österreichischen Gesamt-Episcopates vom 9. April 1894 ausgestatteten Großen, Mittleren und Kleinen Katechismus der katholischen Religion genau mit den übersendeten Mustere Exemplaren (Normalausgaben) in allen Stücken, Lettern, Seitenzahl und Format übereinstimmend herzustellen, und zu den festgesetzten Preisen, d. i. 15 kr. für den kleinen, 32 kr. für den mittleren und 40 kr. für den großen Katechismus in Vertrieb zu setzen.

§ 2.

Der kleine Katechismus wird dauerhaft halbsteiß gebunden, der mittlere und große Katechismus in sorgfältigem und starkem Halbleinwandband in derselben guten Ausstattung, wie sie für die Bücher des k. k. Schulbücher-Verlages vorgeschrieben ist, ausgegeben werden.

§ 3.

Die Kosten der Herstellung und des Vertriebes übernimmt der k. k. Schulbücher-Verlag auf eigene Rechnung und Gefahr und trägt selbst den den Subverschleißern zu gewährenden Rabatt.

§ 4.

Der k. k. Schulbücher-Verlag übernimmt ferner die Verpflichtung, die normengemäß als Armenbücher abzugebenden Gratisexemplare dieser Katechismen in deutscher Sprache aus eigenen Mitteln herzustellen und kostenfrei an die Schulbezirke der Fürstbischöflichen Lavanter Diöcese abzugeben.

§ 5.

Der k. k. Schulbücher-Verlag in Wien verpflichtet sich, insolange als die im Punkte 1 erwähnten Verkaufspreise für die neuen Katechismen in allen Diöcesen Geltung behalten, dem hochwürdigsten Ordinariate für jedes in der Fürstbischöflichen Lavanter Diöcese von ihm verkaufte Exemplar des kleinen, mittleren und großen Katechismus in deutscher Sprache einen Betrag von drei (3) Kreuzern ö. W. ohne jeden Abzug zu zahlen.

Die Verrechnung der in jedem Solarjahre verkauften Exemplare erfolgt mit Ende März des folgenden Jahres. Nach Genehmigung, beziehungsweise Kenntnissnahme dieser Verrechnung seitens des hochwürdigsten Ordinariates erfolgt sofort die bare Auszahlung der nachgewiesenen Summe durch die Cassé der k. k. Schulbücher-Verlags-Direction in Wien.

Tritt eine Änderung in den oben bezeichneten Verkaufspreisen der neuen Katechismen ein, so wird hiedurch das gegenwärtige Übereinkommen außer Kraft gesetzt und bleibt es beiden Contrahenten vorbehalten, ein neues Übereinkommen abzuschließen.

§ 6.

Hingegen überträgt das hochwürdigste Ordinariat dem k. k. Schulbücher-Verlage in Wien das ausschließliche Recht der Herstellung und des commissionsweisen Vertriebes der genannten in deutscher Sprache herauszugebenden drei Katechismen zu den erwähnten festgesetzten Preisen und verpflichtet sich, dahin zu wirken, dass nur die für die Diöcese Wien approbierten, im k. k. Schulbücher-Verlage hergestellten Katechismen dieser drei Ausgaben in deutscher Sprache zum Religionsunterrichte in den Volksschulen dieser Diöcese verwendet werden.

§ 7.

Dieses Übereinkommen wird, abgesehen von dem im § 5 erwähnten Falle, auf unbestimmte Zeitdauer geschlossen. Eine Kündigung desselben kann beiderseits nur mindestens zwei Jahre vor dem beabsichtigten Erlöschen dieses Übereinkommens erfolgen.“

Dieses wird anmit zur Darnachachtung kundgemacht.

Ausschreibung von Prämien für Religionslehrbücher an Mittelschulen.

In der letzten allgemeinen Versammlung, der österreichischen Bischöfe (April 1894) wurde in der ersten Sitzung (2. April) nebst der Frage der Herausgabe eines neuen Katechismus auch jene über die Reform des Religionsunterrichtes an Mittelschulen verhandelt.

Dabei wurde folgender Antrag einstimmig angenommen:

„Der Religionsunterricht an Gymnasien hat zu umfassen:

- in der I. und II. Classe den Katechismus mit den einschlägigen Erklärungen;
- im 1. Semester der III. Classe Zusammenfassung der Liturgik als besonderen Lehrgegenstandes;
- im 2. Semester der III. Classe die Offenbarungsgeschichte des alten,
- in der IV. Classe die Offenbarungsgeschichte des neuen Bundes;
- in der V. Classe die allgemeine,
- in der VI. Classe die specielle Dogmatik;
- in der VII. Classe die Ethik;
- in der VIII. Classe die Kirchengeschichte.“

Bei derselben Gelegenheit wurde aber auch betont, daß der Grund der in Betreff des Religionsunterrichtes an Mittelschulen erhobenen Beschwerden weniger im Lehrplan als in den Lehrbüchern gelegen sei.

